



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De execribili nequicia eius in morte perpetrata. Ca. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.
QVOMODO GENEALOGI-
am Iudæorum deleuit.

Caput . V.

PEr idem vero tempus summā Herodes tenens potestatem, cum ignobilis esset, inuidens gene roositati Iudæorum, libros generationis eorū q̄ descripti habebantur in arcuīs tēpli secretioribus, cū quibusdā genealogijs alienigenarū, vt Achior ex Am manitis, & Ruth ex Moabitis incēdi iubet. Quos aliqui studiosi viri diuino munere recolligentes, partim q̄a iam habebāt domi descriptos, partim quia p̄ sapientiā ordinē memoriter tenebāt, ad nos vscq̄ perduxerunt, inter quos fuerūt quidam heriles, vel dominici apostolati, propter propinquitatē generis Christi, qui & generationē eius docuerunt, secundum quod euangeliorum veritas habet.

DE VINDICTA DEI IN EO.

Caput VI.

Igitur pro sacrilegio qđ in saluatorē, eiusq̄ coēuos cōmiserat, Herodē vltio diuina mox purget. Iose phus in xvij. antiquitatū lib. Incipit torqri mirabilis & miserabili dolore, interius & exterius aduritus incēdio, nimietate gulē & auditate cibi distendit, pū betenus inflatus, circa verēda scatet vermbus. Idem in ij. lib. Visum est autem medicis vt oleo calido fo mentaretur, cumq̄ in ipso fomento depositus esset, ita resolutus est omnibus membris, vt oculi etiā ipsiē suis sedibus soluerentur.

DE FAMOSA NEQVITIA,
quā in morte sua ppetrauit. Cap. VII.

RERVM EMO. LIB. I.

EX hinc fertur iam desperas in facinus execrabilis. nam accersitos ad se ex omni Iudea nobiles, & in loco quo dicit Hippodromus, reclusos, in hora mortis suae interfici iubet, in hoc ipsum militibus perparatis & priori conductis, ut sic saltus lugubres haberent exequias. Sciebat enim Iudeos de sua morte gauisuros.

QVOD TRES FILIOS SVOS
occidit. Caput VIII.

Qui paulo antequam moreretur, post duos iam necatos filios, tertium filium iugulari precepit, impius parricida, cum iam exitum vitae adesse sensisset, male accepto cultrum poposcit. Solebat enim sic per semetipsum purgatum pomum atque incisum edere. Tunc circumspectans, ne quis esset, qui cum prohiberet eleuavit dexteram & in semetipsum vibrauit ictus. Hic autem Herodis extitit finis.

DE ARCHELАО.

Caput IX.

Post hunc regnauit Archelaus patre suo Herode, & Cæsare Augusto adiudicantibus, cui post decem annos propter insolentiam deuolutos regnum diuiditur in Tetrarchias Herodi junioris fratris cum Philippo, & cum Lisania.

DE HERODE FILIO HERODIS. Cap. X.

Hic autem Herodes minor, breui interiecto tempore Iohannem baptistam capite punit, virum valde bonum, qui precipiebat Iudeis virtuti operam dare, iustitiam inter se custodire, & in deum seruare pietatem, per baptismum in unum convenire, tam ad abluenda peccata

A iiiij